UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXIV. De quadruplici hominis vita, naturali, peccati, gratiæ, & æterna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51132

Visual Library

beneficij auctori, Deo Patri & Filio eius Je
Chriſto, & Spiritui ſancto, gloria in ſæcu
Amen.

## CAP. XXIV.

### *De quadruplici hominis vita, naturali,*
### *cati, gratiæ, & æterna.*

*Quinq; errores circa animæ originem.*

1.

*Lib. de hæreſ. c. 6. 70.*

EX hoc cognoſcimus quantum vulnus
peccatum originis acceperit homo in in
lectu, quod ne ſui quidem principium, nec
rum actionum originem pernoſcere vmq
potuerit. Et ſane de animæ ortu quot erro
emerſerunt! Voluerunt nonnulli, Augu
auctore, animas humanas particulas eſſe di
ſubſtantiæ, proinde nec creari, nec traduci
rentibus. Ignoſcendum fuiſſet Stoicis id
nantibus, ſed turpius hic error à Philone Iu
defenditur: qui etiam Gnoſticis, Manich
Priſcillianiſtis lampada tradidit. Non mi
turpiter hallucinatus eſt Plato, quem diuin
nominarunt, qui humanas animas à Deo q
dem creatas fuiſſe, & ex nihilo, ſed omnes
mul cum Angelis: deinde faſtidio quodam a
ctas bonorum illorum ſpiritualium, quibus
cœlo fruebantur, amare cœpiſſe res terrenas,
que à Deo idcirco in corpora tamquam in c
ceres compingi. Origenes (quod mirere) lap
eſt in hunc errorem: eumque damnauit Con
lium Bracarenſe primum, & D. Leo ſanctiq;
tres reprehenderunt. Cenſuerunt nonn

*Philo lib. quem inſcripſit, Quod deterius potiori inſidiari ſolet.*

2.

*Lib. 1. de principiis cap. 7. to. 1.*

*Conc. Brac c. 6. to. 2.*

*Conc. Leo epiſt. ad Turbium, c. 6.*

animas quidem in cœlo cum Angelis non fuiſſe 3.
ſed cum iiſdem conditas quibuſdam locis aſſer- *Epiſt ad*
uari, ac deinde modo vnam, modo alteram ad *Marcelli-*
corpora tranſmitti. Quam ſtulte id quidem, D. *num, inter*
Hieronymus in quadam epiſtola ſatis exprimit. *epiſtolas Aug. 27.*
Viſi ſunt alij amplius ſapere, aſſerentes, vti cor- 4.
pora à parentum corporibus, ita & animas ab *Epiſt. tit.*
eorundem animabus generatione traduci. Hoc *Gen. 2.*
inſipienter Tertullianus; quem ſecutus eſt A- *Gen. 1.*
pollinaris, teſte D. Hieronymo. *Formauit* enim *Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, animas vero beſtiarum fecit materiales, dicens: *Producat terra animam viuentē in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias terræ.*
Quæſtio de ortu animæ (fateor) difficilis eſt; &
D. Aug. cenſuit originem latere, neq; facile eſſe 5.
definiendum. Quamquam fides iam dubitandi *Aug. lib. 4.*
locum non relinquit, aſſerens nempe animas à *de orig. ani*
Deo creari, & infundi ſingulorum corporibus *mæ, tom. 7.*
diſpoſitis ad animæ rationalis ſuſceptionem. *Veritas de origine animæ rationalis.*

Tota fere cohors Philoſophorum in quæ-
ſtione de animæ immortalitate vel errauit, vel *Philoſo-*
tertii aliquid vix ſtatuere auſa eſt, vacillans in o- *phorum*
mnibus, & multa lumine naturæ comminiſ- *ſententia*
cens, quantum excogitare potuit. De principiis *de animæ*
naturalibus ſic definiuerunt, vt ne iam quidem *immorta-*
conſtet de eorum veritate. De vita humana, *litate.*
principio motuum omnium, norunt vix aliquid Philoſophi. An in corpore fiat concoctio ciborum; creſcant corpora vi alimenti, decreſcant defectu natiui caloris; vnde potentiæ naſcantur; ſintne in anima potentiæ aliquæ; qua

ratione moueantur; cuius imperio partes
mnes corporis agantur: pauci cognoſc
Quomodo ergo noſſent in nobis eſſe vitam
ritualem? quomodo peccatum principat
interdum tenere? Deum excludi, reg
hoſtem teterrimum? quod tamen magni
fert ad vitam Chriſtiane inſtituendam, &
xime ad PERFECTIONEM aſſequendam,
diſcernendos ſpiritus; qua ſine cognitione
ta ſpiritualis ne quidem poteſt conſiſtere.

2. Quia vero mortales oculos aperire
lunt; quodque in eorum obtutus ſeſe intr
atque ingerit, videre recuſant; ex vita na
rali cæteras vitas depingere ſtatui.

*Vitæ naturalis deſcriptio.*

Nemo ſanæ mentis in dubium reuocab
uere, tametſi normam rationemque vi
ignoret. Conflatur vita naturalis ex con
ctione corporis & animæ, quæ tanquam
ma corpori dat eſſe & vitam. Ex animæ eſ

*Potentiæ ex anima eſſentia cõfluunt.*

tia confluunt potentiæ ſeu facultates: è
bus operationes manant, tum internæ, tum
ternæ. Ab eadem anima motus omnis ori
& quod oculos aperiri, manus contrahi, pe
incedere, hominem flere vides, ridere, e
tere voces nunc ſignificantes, nunc omni
nudas & notionis expertes, ſcias hæc ab
anima latente produci. Sed quomodo lat

*Anima in actionibus conſpicitur.*

cur potius non ais eam ipſam in aperto eſſe,
videri? Prodit omnino ſeſe, &, ſi ſpiri
non eſſet, eam oculis corporeis conſpice
ſigna tamen abditæ latentiſque animæ ſat
perque obſeruas, & eam ratione præſen

eſſe diſcernit. Quanta differentia irati ac pacati, exultantis contractique animi, iocantis ac pugnantis pugilis! pæne in vultu geſtuque corporis annuentem aut renuentem iudicas, & quid intimo latet animo, vultus ipſe ſæpe, vel triſtis vel hilaris, grauior vel leuior, vox remiſſior aut excitatior manifeſtat; vt eleganter Cicero. *Ex oculorum*, ait, *obtutu: ex ſuperciliorum aut remiſſione aut contractione: ex mœſtitia aut hilaritate; ex riſu; ex locutione; ex reticentia; ex contentione vocis, ex ſubmiſſione; ex cæteris ſimilibus facile iudicabimus quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque diſcrepet.* Hæc ille. Videmus ergo animi motiones; & quid ex recta ratione, quid ab inordinato affectu oriatur, iudicamus. Intuere vultum infirmi; præſtolare donec animam emiſerit; ſolo oris aſpectu mortuum dicis, animam deceſſiſſe: & neſcio quomodo ipſa in vultu etiam dormientis ſeſe præſentem eſſe denuntiet. Hanc vitæ humanæ harmoniam ex anima & corpore colligatam (quod in ea lumen quoddam rationis vel ex ipſius corporis officijs effulgeat) Philoſophi diuinam eſſe cenſuerunt? nec modo in hiſce inferioris ordinis rebus conſiderandis occupari, ſed ſupra cœlos animam verſari, & cœleſtia quædam rimari in ipſo corpore, idq; operibus factiſq; demonſtrare. Hinc hominis forma non prona, ſed recta, corpus erectum, vt ſit facilis ad cœlos proſpectus: ſicut poeta quidam deſcribit:

*Lib. 1. Officiorum.*

*Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram,*
*Os homini ſublime dedit, cœlumq; tueri*

*Ouid. lib. 1. Metamor.*

*Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.*

*Li. 22. ciu. c. 24. circa medium.*

Quod pie Auguſtinus explicans ait: *In ipſo ...
pore noſtro, quamuis nobis ſit cum belluis mortal...
commune, multiſq; etiam reperiatur infirmius, ...
ta Dei bonitas, quanta prouidentia tanti Crea...
apparet! Nonne ita ſunt in eo loca ſenſuum & ...
membra diſpoſita, ſpeciesq; ipſa ac figura atque ſt...
totius corporis ita modificata, vt ad miniſterium ...
mæ rationalis ſe indicet factam? Non enim vt a...
lia rationis expertia prona videmus eſſe in terra...
creatus eſt homo; ſed erecta in cœlum forma co...
admonet eum, quæ ſurſum ſunt, ſapere. Porr...
mobilitas quæ linguæ ac manibus attributa eſt, ...
quendum & ſcribendum apta atque conuenien...
ad opera artium plurimarum officiorumq; comp...
nonne ſatis oſtendit quali animæ vt ſeruiret ...
corpus adiunctum?* Hæc pauca de multis qu...
Auguſt. adfert in hanc ſententiam.

*Rationis lumen microcoſmũ, vt ſol mundum, illuſtrat.*

3. Hoc rationis lumen in anima, vitæ na...
lis primo principio, poſuit Deus, vt ſole...
mundo, qui microcoſmo prẹluceret, & ſing...
riter hominis vitam inter animalia degen...
illuſtraret. Ex quo noua & plura quidem lu...
vt à ſole ſtellæ & aſtra oriuntur; quibus ...
humana miro ſplendore coruſcat. Cum eni...
nima hominis ſit imago ſuperni Numinis, ...
miq; & æterni legislatoris; ſignatum eſt quo...
ſuper hanc imaginem lumen vultus eius.

*Pſal. 4.*

Ab hoc vultus diuini lumine, quo De...
mnia intuetur & iudicat, leges omnes o...
habent, & in eius imagine, hominis nempe ...
ma, deſcriptæ ſunt. Et primũ quidem illud ...

*Lex naturæ vnde oriatur.*

cipi...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cipium ceterorum baſis eſt; *Bonum eſſe proſequendum, fugiendum malum*: omnes enim hoc norũt, hoc fatentur, hoc prædicant; ex eo omnes naturæ pendent leges: nam quæ bona ſint, quæ mala ipſa ratio, quæ legislatorem agit, non obſcure præſcribit ac deſignat.

*Legum primum principium bimembre.*

Et bona quidem, alia vtilia, alia honeſta cenſentur. Eorum quæ vtilia, quædam communia ſunt cum viuentibus, qualia ſunt viuere, creſcere, alimenta ſugere; quædam homini cum animalibus, vt conſeruatio ſpeciei per ſexuum cõmixtionem; quædam denique ſoli homini propria, vt eſt viuere ſecundum rationem: eſt enim proprium bonum hominis, ex rationis norma actiones ſuas dirigere.

*A bono quærendo bonorum quædam vtilia, vtilium genera tria.*

Ex hac propenſione pro-
ſequendi boni, diuerſæ naſcuntur leges: vt, Vi-
tam eſſe conſeruandam; & ex hac aliæ, Cibo, ali-
mentis, & ſomno eandem ſuſtentandam eſſe; Si 1.
vis inferatur, vim vi eſſe repellendam. Inclina- 2.
tur quoque ex prima & generali lege proſe- 3.
quendi boni ad ſeipſam in ſpecie conſeruan-
dam. Hinc lex generis humani propagandi: ex 4.
quo principio ſequuntur leges, Vxores nempe 5.
legitimas à nonnullis ſaltem ſibi copulandi; 6.
Non more pecudum generationem eſſe debe- 7.
re communem, vt proles agnoſcatur & conſer- 8.
uetur; Prolem eſſe educandam; Legitime deni-
que in parentum hæreditatem ſuccedere. Incli-
natur & ad bonum honeſtum; vnde hoc princi-
pium naſcitur, Vitam ex rationis nutu eſſe inſti-
tuendam.

*Leges ab vtili eductæ.*

Ex hoc duo noua principia emergunt: Vnum

*Leges ab honeſto duplices.*

Deum colendum eſſe; &, Quod tibi fieri nol alteri minime faciendum. Ex priore prodeu

*Præcepta primæ tabulæ.*

præcepta primæ, vt vocant, tabulæ: Nulli, cepto immortali Deo, diuinos latriæ honor eſſe deferendos; Et ſi quem Deum in teſt vocaueris, non falſum, ſed verum inuoces, veritate, iudicio, ac reuerentia; Certum il cultui tempus attribuas, quo & agnoſcas, venereris, & inuoces. Ex altero principio

*Præcepta ſecundæ tabulæ.*

cuntur præcepta alterius tabulæ, quibus ſta tur, Vt parentes tuos ames, colas, & obſerue Vitam alteri non adimas, non pudicitiam, poriſque decus, non bona temporalia, non mam: & hæc ne voluntate quidem; nam et turpe eſt velle, quod recta ratione cauenn prohibetur fieri: hæc enim prudenter n volet ſibi ab altero irrogari.

*In hoc eſſe ſemina virtutum. Hom. 9. in Hexamer. ante medium.*

4. Sunt & in eadem ratione ſemina quæd virtutum naturalium, referente Baſilio; v clinatio quædam ad Religionem, pietatem, ſtitiam, veritatem, amorem Dei naturalem proximi: quæ ſemina non ſunt tantum deſi ria pertinentia ad ſalutem, (vt videtur ſen Caſſianus) ſed in intellectu quidem eſt lum rationis ſeu συντήρησις, dictans homini euid ter harum virtutum officia; & in voluntate, turalis quædam propenſio & incitatio ad h obeunda. Dicuntur autem ſemina virtutu quia ex his, tanquam primis rudimentis, vi tes oriuntur & ſuccreſcunt.

*Virtutes quatuor*

Prodeunt ex illis quatuor illæ virtutes, q velut cardines internam naturæ PERFECTI

NI

NEM fulciunt: Prudentia in intellectu, Iuſtitia *cardinales*
in voluntate, in appetitu iraſcibili Fortitudo, in *vnde o-*
concupiſcibili Temperantia: ex quibus cæte- *riantur.*
ræ virtutes morales propagantur, hominem-
que ijs vtentem componunt & perficiunt, &,
vt Deo & hominibus, quod ſuum cuique eſt
reddat, efficiunt. Si quis ergo rationem ducem
audiat ac ſequatur, his ornamentis vitam ſuam
illuſtrat atque componit; in ijs anima ipſa inui-
ſibilis cernitur, & incredibiles amores in inter-
nis intuentium oculis excitat. Vt enim res te- *Simile.*
nuis, exigua, vel obſcura per cryſtallum perſpi-
cacius conſpicitur; & maior illuſtriorque ap-
paret: ſic & anima per illuſtriſſimas virtutum
ſpecies & illuſtrior efficitur; & re ipſa inuiſi-
bilis in oculis mortalium, viſibilis conſpicua-
que redditur.

Hæc in vita naturali præclara ſunt; & ſer- *Vita hu-*
uient, ſpero, vt in ea tanquam in ſpeculo cæte- *mana bre-*
ras ſpirituales vitas intueri liceat. Sed quia ho- *uitas &*
mo à gratia, in qua ſtabilitas eius ac conſumma- *miſeria.*
tio conſiſtebat, excidit; excidit etiam à fœlicita-
te vita humana, ſuasque habet miſerias & cala-
mitates; quas nihilominus amat infœlix, & præ-
fert excellentiæ amoris diuini, opibuſq; ſpiritua-
lis vitæ, in qua ſola ſaluari beariq; poterit; ſine
qua omnes mundi ſapientes cum omni ſua ſcië-
tia, ingenijs, rebus geſtis præclariſſimis, ſtulti
obſcuriq; merito reputabuntur. Ab hui⁹ amore
Deus nos volës auertere, multa in diuinis literis
memoriæ prodidit, & illud in primis: *In ſudore*
*vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram* *Gen. 3.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*de qua ſumptus es; quia puluis es, & in puluerem*
2.Reg.14. *uerteris.* Illud, *donec*, breuiſſimum eſt: *omnes en*
*morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram,*
*non reuertuntur.* Et quidem à primo ortus no
momento dilabi incipimus tanquam aquæ,
abſorpti à terra imbibimur nunquam emer
O breuis vita, quæ à ſuo ortu diffluit, & q
momento ſpargitur, nec amplius apparet! v
Iob 7. ſapientiſſimus Iob: *Dies mei velocius tranſie*
*quam à texente tela ſucciditur, & conſumpti*
*abſque vlla ſpe. Heſterni quippe ſumus*, ait idem l
Iob 8. (nam heri nati, hodie morimur) *& ignor*
Iob 14. *quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terra*
Pſal.38. *vmbra nunquam in eodem ſtatu permanet.* Am
dicit Rex Dauid. *Ecce* (ait) *menſurabiles p*
*dies meos, & ſubſtantia mea tanquam nihilum*
*te.* Ita eſt: exactis enim diebus, ſi eos metir
limus, & ſubſtantiam noſtram, iam tranſier
& ad nihilum redacta ſunt; vnde nihil ponde
ne momentum quidem, in bilance adijci
Pſalm.89. Sed graue eſt quod addit: *Omnes dies noſtri d*
*cerunt, & in ira tua defecimus.* Si enim & die
& ſubſtantia deperdita deficiamus in ira ei
quid ex nobis ſupererit? Id ſane de quo Sal
Matth.26. tor: *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.*
Eccl.7. Sapiens: *Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quær*
*cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numer*
*rum peregrinationis ſuæ, & tempore quod velut v*
*bra præterit? aut quis ei poterit indicare quid poſt*
*futurum ſub ſole ſit?* Moritur enim nobis m
dus, dum morimur; &, quaſi non eſſent qu
Ecc/e.18. eo fiunt, nos ea ſcire non poſſumus. Deniq

*num*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*numerus dierum hominum vt multum centum anni: quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt; & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die æui.* Et comparati anni ſinguli ſingulis guttis aquæ, & calculis arenæ. Ecquid ergo minus, quid leuius excogitari poteſt?

6. Et hæc vita eſt breuis & miſera, quam adeo amamus, ob quam conſeruandam omnia exponimus, neglecta animæ vita æterna, & ex memoria prorſus depoſita, de qua ita D. Auguſtinus: *Labores & pericula & exitia huius tranſitoriæ vitæ ſi pro eadem vita quandoque finienda ſubeuntur, vt mors eius non omnino auferatur, ſed paululum differatur, quanto magis pro æterna ſubeunda ſunt, vbi mortem nec natura ſolicite cauet, nec ignauia turpiter timet, nec ſapientia fortiter ſuſtinet! nulli quippe erit, quæ non erit. Habeat igitur te vita æterna in dilectoribus ſuis. Nonne cernis, hæc vita miſerabilis & egena quam vehementes habeat quantumque ſibi obliget amatores ſuos? qui tamen, periculo eius ſæpe turbati, citius eam finiunt eo ipſo quo finire formidant, & mortem dum declinant, accelerant; veluti ſi quiſquam fluuio rapiendus irruat, latronem beſtiamue fugiendo. Iactant in mare tempeſtate ſæuiente aliquando & alimenta; &, vt viuant, proijciunt vnde viuant, ne cito finiatur quo vel in labore viuitur. Quantis laboribus agitur, vt longiore tempore laboretur: & mors, cum impendere cœperit, ideo cauetur, vt diutius timeatur. Nam inter tot caſus fragilitatis humanæ quam multæ mortes timentur! quarum certe vna cum venerit, reſtat cæteras non timeri: & tamen fugitur vna, cum omnes timeantur. Quibus excruciantur doloribus, qui* Epiſt. 45. ad Armen. Riparium.

*curantur à medicis; & ſecantur!* Nunquid vt non mo-
*riantur, ſed vt aliquanto ſerius moriantur?* Multi cr-
*ciatus ſuſcipiuntur certi, vt pauci dies adijciantur in-*
*certi. Et nonnunquam ipſis doloribus victi contin*
*moriuntur, quos mortis timore ſuſcipiunt.* Et cum
*omnino non eligant vitam finire ne doleant, ſed do-*
*ne finiant, accidit eis vt doleant & finiant: non ſol*
*quia & ſanati vtique vitam finiunt poſt dolores, q*
*tantis pœnis comparata nec ſempiterna eſſe po-*
*quia mortalis eſt; nec diuturna, quia tota breuis*
*nec de ipſo breui ſpatio ſui ſecura, quia ſemper inc*
*eſt; verum etiam quod aliquando eam dolere finier*
*quam ne finirent, dolore voluerunt.* Habet etiam
*magnum malum, ac vehementer execrandum & h*
*rendum, nimius amor vitæ iſtius, quod multi, dum*
*lunt paulo diutius viuere, grauiter offendunt Do*
*Pſalm. 35.* *apud quem eſt fons vitæ: atque ita, dum ab eiu ſi*
*qui neceſſario futurus eſt vitæ finis metuitur, il*
*prohibentur, vbi ſine fine viuitur. Huc accedit, quia*
*ta miſera, etiam ſi poſſet eſſe perpetua, nullo modo bea-*
*tæ vitæ etiam breuiſſimæ comparanda eſt: & tam*
*iſti, amando miſerrimam ac breuiſſimam, perdu*
*beatiſſimam ac ſempiternam; cum in ipſa hac, qua*
*male diligunt, hoc velint, quod in altera perdunt: qu*
*vtique in iſta nec miſeriam diligunt, nam beati*
*volunt; nec breuitatem, nam eam finiri nolunt:*
*tantum quia vita eſt, ſic amatur, vt ſæpe propter ea*
*(licet miſeram & breuem) beata & ſempiterna*
*Mors naturali vitæ contraria.* *mittatur.* Hæc Auguſtinus. Vitæ namq; natura-
lis finis mors eſt; quæ nihil eſt aliud, quam co-
ſortij animæ cum corpore initi diſſociatio a
diſſolutio, & certa quidem & infallibilis: ſed

parati

paratio hæc neutrius partis interitus is eſt, qui adimat extinguatque omnia; manet enim animus, nec moritur; nec corporis excitandi ſpes poteſt excidere Chriſtiano homini. Quare cum æterna vita ſuperſit, ſic viuamus, vt non fruſtra nati, non temere naturæ dona tam excellentia à Deo accepiſſe videamur.

## CAP. XXV.

### *Vitam peccati immanem eſſe tyrannidem.*

EX his concipimus quid ſit vita naturalis, quæ (vt collectim dicamus) aliud nihil eſſe videtur, quam *ſubſtantia quædam ſpiritualis, quæ ſe ſpiritualiter & corporaliter mouet ac perficit, quæque tribuit homini vt ſit, eſtque facultatum, quibus operatur, origo, illiſque mediis omnium operationum principium.* Videamus nunc an ſimilitudine quadam, peccati vitam ſi non ad viuum deſcribere, ſaltem aliqua ratione adumbrare valeamus; nam & eius cognitio non paruam nobis vtilitatem adferet. *Eſt* ergo *vita peccati habitudo quædam ſpiritualis, quæ animum contaminat, facultates occupat & inficit, mouet intellectum, voluntatem, omniaque corporis organa ac membra: facit vt, qui filius Dei ſit, euadat flagitioſus; filius iræ, filius perditionis, filius diaboli; eſtq; malorũ omniũ, quæ vel in animo ſunt, vel ex homine prodeunt, origo ac principiũ.*

*Vita naturalis quid ſit.*

*Vita peccati quid.*

Eſſe in primis talem in homine vitam, primum omnium probandum eſt, ne initio noſtra vacillet oratio. Ait enim Diuus Paulus: *Sicut*

*Eſſe aliquã peccati vitam, probatur.*